

poſſit, & gratia aliqua in ea pralatione intercedat, illa non eſt temporalis ſtipendio compenſanda; pro eo adhibita pactione; quia electio alicuius diſiunctiue neceſſaria eſt, neque plus laboris in vna, quam in alia propoſitione intercedit. Præterquam quod electio eſt ad rem ſpiritualem, nec pretio æſtimabilem. Sicut enim Epicoſopus, ſi ex concurrentibus ad Ordines quorſdam præ aliis eligat, ratione pralationis huiusmodi nequit accipere pretium, quia ad rem omnino ſpiritualem eſt; ita ſimiliter in caſu noſtro dicendum. Similiter, ad pactiones tales in omni rerum ſacrarum genere ianua aperietur latiffima, per quam & via quæ ducat ad perditionem. Vide Titul. 13. a num. 5. uſque ad 13.

Præbendarios non poſſe eſſe Viſitatores.

30 Dico quæto. Præbendarij, Sede vacante, ubi pauci numero ſunt, non poſſunt eſſe Viſitatores: quod quidem Regijs ſchedulis cautum inuenitur, de quibus Dom. Solorzanus Lib. 3. Cap. 12. num. 17. Quinam autem pauci dicendi ſunt, ſi quærat quilibet, videtur dicendum paucos ſemper cenſendos, qui in Eccleſiis non Metropolitanis ſunt; cum enim etiam eorum expleto numero, qui iuxta erectionem eſſe poſſunt, multi non ſunt; non poſſunt ordinari loquendo cenſeri plures, cum ſemper aliqui ex eo numero deſint, & aliunde copia Clericorum non ſuppetat, qui diuinarum officiorum ordinariæ celebrationi ſubſeruiant, ſintque inſuper ægroſi aliqui, aut alias impediti. In Metropolitanis autem cum maior numerus ſit, id poſſet facilius ſuſtineri, niſi ob rationes dictas eorum eſſet numerus imminutus. Quando autem non obſtante paucitate Præbendarius ad viſitandum exiret, non videtur lucrari poſſe diſtributiones, quia cauſa abſentia legitima non eſt, neque ſuo aliqua ex illis comprehenditur, quas Sacri Canones admittunt, & de quibus Titulo præcedenti. Cap. 7. Neque eſt ſimile cum Epicoſopus mittit ob dicta num. 78. ibidem niſi neceſſitas eſſet ſimilis, quod Patrono fieri notum oportebit. Non eſt autem improbabile oppoſitum, dummodo detrimentum Eccleſiæ obueniens compenſetur. Quia verò ex huiusmodi viſitationibus, ad quas Præbendarij, Sede vacante, egrediuntur, frequentia inconuenientia longo ſunt temporum lapſu deprehenſa, merito Regali prouidentia cautum ne talis permittatur egreſſus, & ita circa hoc Præreges aduigilant; & vtiſſimè eorum in re adeo vtili vigilantiæ perfeueret.

An egreſſus licentur diſtributiones

CAPVT V.

Circa Beneficia quid poſſint Indicarum Eccleſiarum Capitula, & quæ circa hoc onera poſſint eorum conſcientias aggrauare.

§. I.

De Reſignatione in fauorem.

Aſſertio 1. omnia circa Beneficia poſſe,

31 Dico primò. Capitulum, Sede vacante, poteſt præſentatos Regio nomine Canonice inſtituere, & circa ea omnia præſtare, quæ & Epicoſopus, Edicta

ſcilicet proponere, cum Beneficia vacauerint, ad examen vocare, per Synodales Examinatores faciendum; tres digniores eligere ex approbatis, & iuxta meritorum qualitatem locum illis in nominatione tribuere, & ad eum remittere, qui Regio nomine Patronatum exercet. Quod quidem quantum ad inſtitutionem Canonice artinet, iuxta Iuris communis diſpoſitionem procedit: pro quo videri poteſt P. Azor Tomo 2. Libr. 3. Cap. 38. Queſt. 2. apud quem Auctores aliqui rationem conantur reddere cur Capitulum inſtituere poſſit, & non ſimpliciter conferre, ſed non ſatisfaciunt; cur ſcilicet Sacri Canones vnium concedant, negent aliud, in quo videtur eadem eſſe ratio. Eſt autem illa & obuia & concludens, voluiſſe Sedem Apoſtolicam erga Patronos ſe beneuolam exhibere, vt ſic multos ad fundandas Eccleſias prouocaret: & ita Gloſſa in Cap. Eſt Capitulum, de Inſtitutionibus, ubi Bonifacius VIII. quaſtionem antea dubiam ſua Conſtitutione diremit; ita dicens: Eſt Capitulum, Sede vacante, Beneficia, quæ ad collationem Epicoſopi pertinent, conferre non poſſit: Præſentatos tamen à Patronis poteſt admittere, ſi ſint idonei, & eos inſtituere in Beneficijs, ad quæ fuerint præſentati: licet ad Epicoſopum, (ſi ſuperreſſer) admittitio huiusmodi pertinet. Sic ille: Et ita, inquam Gloſſa. verb. Præſentatos, ſic habet: De Præſentatis ſolum hic dicit, & poterat de Præſentatis dubitari, quaſi præſentatio inueneretur gratia, & non Iuri communi, vt ſic poteſtas huius gratia, vacante Sede, in Capitulum non tranſferret. Hæc Gloſſa. Vbi non prætermittendum Patrem Azor pro veritate propoſita allegare Gloſſam in Cap. Cum illis, de Præbendis in 6. Cum tamen in eo Titulo Cap. Cum autem non ſit, ſed ſit ille §. in citato Cap. Cum illis. Quod animaduertiſſe oportuit, ne inde ſuperuacui ac moleſti in quærendo laboris occaſio alicui tribuatur. Videatur ergo Gloſſa in citat. Cap. verb. Noſtatim. Licet autem in prædicta Decretali ſolum videatur concedi facultas inſtituendi Capitulo, quando vacat per mortem Eccleſiæ, ibi, Si ſuperreſſer: ad omnem tamen vacationem referenda eſt, quia ratio eſt eadem: & ſic habet Doctorum ſenſus ac communis praxis; quamuis Gloſſa cum limitatione dicta loqui videatur, ſic dicens: Nota quod poteſtas inſtituendi in Beneficijs deuoluitur, Sede vacante, ad habentem exercere iuriſdictionem Prælati deſuncti. Sic illa. Sed id propterea dictum, quia frequentius.

qua de Red- g' sunt patronatu, ad qua Epico- poru se extendit auctoritas.

Cur non ſimpliciter conferre.

Cap. Eſt Capitulum, de Inſtitutionibus.

Gloſſa.

Eadem.

32 Dico ſecundò. Non ſolum Præſentatos Regio nomine poteſt Capitulum inſtituere, ſed quoſcumque ab iis, qui ius habent præſentandi ad Beneficia ſimplicia, ſecundum receptas Doctorum ſententias circa id, quod neceſſarium eſt vt Beneficium aliquod diei poſſit. Quod ſi aliquod minus proprie tale inueniatur, quod tamen ad Epicoſopi inſtitutionem ſpectet, idem erga illud facere Capitulum poterit, quod Epicoſopus facere ſolitus. Tum quia ſuccedit in iuriſdictione Epicoſopo ex conſuetudine competentis, vt cum Paternitano, Sylueſtro, Merolla, & P. Azor tenet Diana Parte 8. Tractat. 4. Reſolut. 18. Tum etiam, quia qui poteſt plus, poteſt & minus, iuxta regulam iuris in 6.

Aſſertio 2. idem eſſe de Præſentatis à quolibet ad Beneficia ſimplicia.

33 Dico tertio. Capitulum in Eccleſiis Indiarum nequit reſignationem Curati Beneficij aut

Aſſertio 3. non poſſe reſignationem

in fauorem admittere in Indijs, ſi Beneficium ad Regium Patronatum ſpectet.

Cap. De liberatione, de officio Legati in 6.

Ex illius ratione conſuetudine pro deſiſſione.

Cap. Nulla, de conceſſ. Præb.

Reſignatio ſub ſpe vt queat ab Epicoſopo admitti.

Neque obſtare Conſtitutiones Pij V.

aut alterius, quod de iure patronatus ſit, in fauorem alterius admittere. Probari id poteſt Primò ex generali ſcriptorum doctrina, iuxta quam admiſſio talis ad ſolum Pontificem ſpectat, vt videri poteſt apud Dom. Barboſam Allegat. 50. n. 23. vbi pro ea adducit Cap. De liberatione. §. Prohibemus, de Officio Legati in 6. in quo tamen expreſſe non habetur, ſic enim ibi: Prohibemus inſuper, ne Legatus ipſe in genere aut ſpecie cuiusque concedat vt ab ijs, qui Beneficia intra Legationem cuiusdam habentes, ea in illius manibus voluerint liberè reſignare, ipſorum reſignatione recepta, illa valeat idoneis conferre perſona. Sic Bonifacius VIII. qui ſtatim ſecus factum nullus declarat eſſe valoris. Non ergo de reſignatione in fauorem alterius agitur. Ex ratione autem, quam Pontifex adhibet, poteſt illud coniectari; ita enim claudit: Cum per hoc aperiri poſſet via contra Lateranenſe Conſilium ad Beneficia vacatura. Sic ille. Concilij autem Lateranenſis Decretum, cuius mentionem inducit, habetur in Cap. Nulla, de conceſſ. Præbend. in quo ſic dicitur: Nulla Eccleſiaſtica miniſteria, ſeu etiam Beneficia Eccleſiæ, tribuantur alicui, ſeu promittantur, antequam vacent. Ne deſiderare quis mortem proximi videatur, in cuius locum & Beneficium ſe crediderit ſucceſſurum. Hæc ibi. Si enim facultas recipiendi vel admittendi reſignationes alias concedatur, & pariter Beneficia conferendi, quæ fuerint reſignata, facile continget vt in fauorem aliquorum reſignentur, quibus ſit facta promiſſio, cum à priuato, cui per indulgentiam talis facultas conceditur, facile poſſit obtineri. Sic ergo Decretali Bonifacij cum Decretali ex Concilio Lateranenſi deſumpta componitur, & quod Aſſertio propoſita ſtatuit, ex eodem verofimiliter comprobatur.

34 Sed certè, licet de eo loquendo, cui per extraordinariam viam id concedi poteſt, omnino ex Decretali dicta colligatur; non videtur id generaliter certum, quandoquidem deficiente promiſſione, talis poteſtas Epicoſopis competit, licet reſignatio ſub ſpe fiat collationis ei faciendæ, quam deſiderat reſignator; & eo etiam designato, dummodò pactio nullatenus intercedat. Quod quidem cum multis vt probabile tenet Dom. Barboſa Allegat. 69. num. 50. & id quidem ſtante inſuper Conſtitutione Pij V. de qua idem num. 47. & ſeqq. & in qua præcipit ne reſignationes fiant designato ſucceſſore; addens alia, ex quibus colligi poſſit reſignationem ſaltem tacite eſſe in fauorem, quæ coram Epicoſopis & alijs Collatoribus fieri non poteſt, vt citati ab eo Doctores affirmant num. 48. & ſententiam Barboſæ tenet etiam P. Thomas Sancius Lib. 2. Conſil. cap. 3. Dub. 38. numer. 23. poſt Conſtitutionis Pij V. factam mentionem, & liculentam explicationem: neque vnus tantum, quæ in hoc negotio præcipua, ſed prioris alterius Idibus Auguſti. 1567. cum alia fuerit Kal. Aprilis 1568. eſtque ordine 58. & ad verbum habetur apud P. Fragofum Tomo 2. Pag. 718. numer. 35. Videndus etiam Diana Parte 5. Tractat. 14. Reſolut. 22. & generaliter quod reſignatio in fauorem tertij licita & valida ſit, tenent Ducrenus, Aragon, Sotus, & Couarruias apud P. Sancium numer. 14. quod & cum alijs, quos aſſert, tenet Illuſtriſſ. Zerola Parte 1. verb. Renuntiatio. §. Ad ſecundum. Et tam iſti, quam ex antiquioribus aliqui, poſt editas Conſtitutio-

nes à Pio V. reſcripſerunt: quarum quæ maxime vrget, ſuſpicatur non eſſe receptam P. Sancius, pro quo num. 19. cuius & præſertim Zerola meminit, neque aduerſari contendit. Ex generali ergo illa doctrinâ non poteſt Aſſertio noſtra ita firmari, vt pro certâ debeat haberi, licet communior Doctorum ſenſus pro eo ſtet, ex quibus plures adducit P. Sancius ſupra num. 11. Et eam cum alijs tenet P. Onate Diſputat. 83. numer. 137. Non eſt autem reuerentiæ debitæ veritati conforme, quod P. Palaus ſcribit Tomo 2. Tractatu 13. Diſput. 6. Puncto 2. §. 2. num. 2. quod ſcilicet, ſi ſub conditione reſignatio fiat, ſolus Pontifex eam admittere poteſt, vt tenent omnes Doctores (excepta reſignatione ex cauſâ permutationis) Ordinarij namque ſolum poſſunt ſimplicem & puram reſignationem admittere ex cauſis à Pio V. in ſua Conſtitutione propoſitis. Quod autem nomine reſignationis ſub conditione eam complectatur, quæ ſit in fauorem, conſtat ex iis, quæ idem habet §. 1. n. 3. Cum ex dictis perſpicuum ſit plures eſſe, qui alijs præter Pontifices poteſtatem dictâ competere proteſtantur; nequit dici ſine veritatis iniuriâ omnes contrarij ſentire Doctores. Circa idem P. Bauny in Praxi Beneficij Diſput. 9. q. 2. §. Aſſert. 2. modo cautiore locutus, dum ſtatuit alium à Pontifice non poſſe reſignationem conditionalem admittere, & confirmare, non tamen ob ſimoniam; aliàs neque Pontifici id liceret: ſed quia id fieri mos communis non patitur; à quo malum eſt, ſicut & à lege diſcedere. Nec pro ſe Doctorem vllum adducit, aut omnium eſſe pronuntiat.

P. Palaus non bene contrarij omnium eſſe Doctores aſſert.

P. Bauny cautius locutus.

35 Si ergo aliud non obſtaret in Beneficijs, de quibus loquimur, poſſent eorum reſignationes à Capitulo, Sede vacante, probabilem amplexo ſententiam, admitti. Quia reſignationes admitti ab illo poſſe, multorum ſententia eſt, pro qua Diana non paucos allegat Parte 8. Tract. 4. Reſol. 28. & tenet ipſe vt probabilior. Neque negabit P. Palaus, qui §. 2. citato, numer. 4. affirmat Capitulum poſſe admittere reſignationes purè factas; & probat, quia ſuccedit Epicoſopo in omnibus, quæ ſunt iuriſdictionis ordinariæ, exceptis caſibus à Iure expreſſis. Cum autem admiſſio reſignationis pertineat ad ordinariam iuriſdictionem, neque inueniatur in Iure excepta Capitulo, ſit ſanè ad ipſum pertinere. Quæ ratio probat etiam de reſignatione in fauorem, ſuppoſito quod illa Epicoſopo competat quoad ſui admiſſionem: quæ & idem Auctor numer. ſeq. abſolutè Capitulo concedit, licet neque illud, neque Epicoſopi poſſint prouidere. Pro quo etiam Diſput. 2. Puncto 29. num. 15. & 16. Sed eſt aliud quod obſtat, vnde &

Reſignatio non potest poſſe à Capitulo admitti.

Et etiam fauorem.

36 Aſſertio probatur ſecundò, quia Beneficia, quæ ſunt iuris patronatus, reſignari nequeunt ſine patroni conſenſu in fauorè, quando reſignatio collatione inferſtaliàs enim licet. Sic Flaminius, Gigas, Couarruias, & P. Leſſius, quos adducit & ſequitur P. Bauny ſupra. Quæſt. 6. §. Sextò. Ad reſignationem. Quidquid dixerit §. Et quoniam. P. Azor Tomo 2. Lib. 5. Queſt. 4. cum limitatione dictâ, ex quo P. Palaus num. 5. citato. Pro eodem alios allegat P. Sancius Lib. 2. Conſil. Cap. 2. Dub. 29. numer. 1. quibus cumet ſentit. Neque mirum ita illos alioſque ſentire, quia expreſſa

Pro Indijs quid obſtat ex iure patronatus, ſicut & generaliter.

pro eo Iuris decifio extat in Cap. *Confultationibus*. Cap. *Ex infinuacione*. Cap. *Postulasti*, de Iure Patronatus. Adducit etiam P. Sancius Cap. *In Lateranensis*, quod tamen ad rem non facit, tantum enim ibi dicitur: *Institutos vero remouere non audeant Episcopi inconsultis*, scilicet Patroni: quod est valde diuersum. Vnde resignatio talis non solum est illicita, sed etiam inualida, iuxta predictos: licet Aluinus apud P. Bauny existimet non esse nullam, sed annullandam Prioribus tamen consentit Dom. Solorzanus cum aliis pro eodem laudatis *Lib. 3. Cap. 3.* Potest autem pro Aluini sententia auctoritas Alexandri III. non eam leuiter iudicantis, adduci, dum in Cap. *Illud, Titul. tit.* sic habet: *Si vero ius Patronatus, vacante Ecclesia, Religioso loco conuulerit, & aliquis sine presentacione Fratrum eiusdem loci fuerit in ipsa Ecclesia institutus, eius secundum rigorem Iuris est institutio irritanda*. Sic ille. Pro quo & Zerola *Parte 2. verb. Ius Patronatus ad oblatum. s. Oblatum dubium*. Sive ergo irrita sive irritanda sit, qui sine presentacione instituit, grauius peccat, quia ius Patroni violat in re magni momenti; & priuilegio Pontificio, immo & Pontificio omnium, contradicit. Quod equidem in casu est nostro quam verissimum, quia Reges Catholici priuilegium tale maxime faciunt, & contra illud iri inter iniurias deputant grauiore. Id autem sequitur, cum resignatio in fauorem admittitur, ei pro quo est fauor, Beneficium conferendo: quod ut dixi, secus esset, si sola esset admissio a Capitulo facta, de quo specialiter loquimur, & beneplacitum Patroni ad institutionem quaeretur.

Cap. Lateranensis, de iure Pat.

Cap. Illud ibid.

De quadam fecus facta renuntiatione.

Mortis proximum non posse in fauorem resignare.

quem posse in fauorem resignare, quorundam sententia est: ut videri potest apud P. Palaum *supra, Puncto 2. s. 2. num. 8. & seqq.* in quo resignatio videtur necessaria: nam vere talis non est: potest siquidem non resignare, sed priuationis sententiam, quam meretur, expectare, vbi resignatio locum non habet. Quibus accedit contra ius Patroni agi; in quo nequit excusatio aliqua fundamentalis inueniri. Et quidem permutationes nequeunt fieri sine illius consensu, de quo *s. sequenti*; vbi tamen minor violentia iuris apparet, si ille non requiratur: iam enim eos, qui permittant uti dignos probauit; quod secus accidit in eo, in cuius fauorem fieri resignatio potest. Et licet contingere queat, ut probatus iam sit, quia ab eo ad Beneficium presentatus; id quidem est per accidens, quia resignatio, si absolute licet, in fauorem etiam non probati fieri potest. Quod si forte Patronus, aut eius locum tenens, consensum praestet huiusmodi resignationi, erit ille insufficientis ad eius valorem, quia aliunde est in illa insanabilis defectus, ex Iuris inquam Canonici & Pontificum dispositione, iuxta dicta: debet enim per concursum prouideri.

Bene tamen ob crimen illo priuandam.

Quod si Patronus assensum praestet.

s. II.

De Permutationibus. An valeant vacante Sede, & qua in illis conscientiarum grauamina.

38 Non esse licitas; immo absolute non posse permutationem a Capitulo admitti, non pauci tenent, quos adducit & sequitur P. Palaus *Tomio 2. Tractat. 13. Disput. 2. Puncto 29. numer. 17. & seqq.* & plures alij apud P. Thomam Sancium *Lib. 2. Consil. Cap. 3. Dub. 38. num. 7.* quorum sententiam amplectitur: addens tamen *num. 8.* quod licet Capitulum non possit auctoritate permutationi praestare; potest tamen illam admittere ab Episcopo perficiendam. Negat item P. Bauny in *Praxi Beneficiorum, Disputat. 10. Quest. 2. s. Tertio, Nomine*. qui *s. vlt.* modum dicendi P. Sancij reprobatur quoad permutationis admissionem, quam & negat cum Nicolao Garcia P. Palaus *num. 28.* Sed ante P. Sancium illum tradiderat P. Azor *Tomio 2. Lib. 3. Cap. 38. Quest. 8.* cum aliis, quos allegat. Et eorum doctrina directe procedit in Beneficiis, de quibus loquimur, quorum collatio ad solum Episcopum pertinet sine Capituli interuentu, supposita presentacione. Et Diana quidem quaestione ista proposita *Parte 8. Tractat. 4. Resolut. 29.* ita circa illam discurret, ut nihil decernat. Sententia enim P. Azorij praemissa, sic subdit: *Sed haec sententia non caret difficultate, ut optime obseruat Merolla*. Cuius Auctoris rationibus, verbis eiusdem propositis, sic concludit: *Vnde ex his omnibus existimat Merolla non posse Capitulum, Sede vacante, dictas resignationes recipere*. Videtur autem in eo, quod obiecta a Merolla laudet cum Auctore, illius iudicium approbare: quod & *s. vltimus* etiam ostendit, dum sic ille ibi scribit: *Nota etiam hic obiter, non posse etiam Capitulum presentare ad Beneficium iuris Patronatus Episcopo competentis*. Ita Merolla loco citato, *Dub. 12. per totum*. Sic ille. Qui dum ait: *Nota etiam non posse*, vbi iuxta propriam mentem non obscure loquitur,

Permutationes a Capitulo admitti non posse, qui censent.

Circa Diana sententiam coniectura.

fatis

fatis significare videtur se etiam negasse id, de quo sermo immediate praecesserat. In hac etiam sententia fuit Illustris Dom. D. Ioannes de Carual, y Sande Argentinensis Praetorij in Peruuio Praes, & Tractus illius, in quo Potosinus mons, latissimi Visitator, & postea in Hispania, propter insignem sapientiam, & rerum magnarum tractandarum industriad, ad primariorum munerum culmina sublimatus, & erudito sane, ac diligenter elaborato Scripto eam adeo certam est conatus ostendere, ut nullum Auctorem pro opposita extare minime dubius affirmarit: & ita nec probabilem esse reputandam. Nihilominus 39 Dico primò, Capitulum, Sede vacante, posse resignationem causa permutationis admittere, probabile est, Probatur, quia & hoc graues Auctores tenent, ut videri potest apud P. Azorium *supra*, qui plures adducit, quibus cum & ipse sentit, sicut & P. Sancius locis citatis, P. Filiucius *Tract. 41. Cap. 2. numer. 45.* quidquid postea dicat *Cap. 9. num. 7.* Et praeterea est pro eo ratio non leuis momenti: nam Capitulum succedit Episcopo in iurisdictione ordinaria quoad omnia, iis exceptis, quae in Iure, Conciliis, ac Pontificiis Constitutionibus habentur expressa: pro quo Auctores congerit Diana *Parte 8. citat. Resolut. 1.* Atqui admissio permutationum non est inter excepta: ergo potest a Capitulo exerceri, Si dicas in Cap. *Quaestum, de rerum permutat.* soli Episcopo auctoritatem huiusmodi referuari, ibi: *Si autem Episcopus causam insperet necessariam, licet poterit de vno loco ad alium transferre personas: ut qua vni loco minus sunt viles, alibi se valeant vtilius exercere*. Id certe non ita vrget, ut explicatio satis verosimilis non possit eidem adhiberi: ut scilicet de Episcopo, & quolibet alio Episcopalem auctoritatem habente, debeat intelligi, ut saepe alibi. Pro quo faciunt quae habet P. Suarez *Tomio 1. de Religione Tract. 3. Lib. 4. Cap. 32. numer. 11.* quod scilicet depominatio sumi solet ab eo, quod est regulare & ordinarium: per quod non excluduntur, immo comprehenduntur ea, quae sunt eiusdem rationis, ut latissime confirmat Tiraquellus *Lib. 1. de Retradu, s. 2. a num. 4. vsque ad 10.* Tum etiam quia Episcopus vno modo, & quasi formaliter dicitur ratione iurisdictionis Episcopalis; id est quoad officium & curam, licet non sit talis quoad dignitatem & consecrationem. Vnde quando auctus, de quo est sermo, pertinet pure ad officium & iurisdictionem Ordinarium, etiam nomine Episcopus, intelligitur ratione iurisdictionis: nam character & dignitas nihil ad talem actum operatur, Hæc ille. Quæ quidem quam sint verosimilia, nullus erit qui sana possit mente dubitare.

Affertio 1. Contrariū esse probabile, quoad resignationis admissionem.

Cap. Quaestum, de rerum permutat.

Notanda doctrina circa Episcopi nominationem, Extimij Doctoris.

Affertio 2. Esse etiam probabile quoad plenam auctoritatis praestacionem.

de Beneficiis Indicis praesertim agimus, quorum collatio ad solum Episcopum sine Capitulo pertinet, de quo inferius. Sed si limitationem aliqui addunt, alij sine illa loquuntur, Zerola *Parte 1. verb. Renuntiatio, Ad Quartum principale*, vbi fieri posse permutationem absolute affirmat coram Ordinario, & eius Vicario ad id habentem potestatem. Et licet Glossam praefatam alleget, eius tamen limitationem non apponit; sed ait quod de resignatione dictum, similiter esse de permutatione dicendum, P. Suarez citato *Capite num. 14.* vbi sic ait: *Quod ita potest declarari, distinguendo duo, quae in hoc negotio interueniunt. Vnum est approbare permutationem; & conuentionem partium: seu consensibus partium auctoritatem dare, & quasi complere conditionem ut pactio conditionata transeat in absolute: aliud est exequi permutationem acceptando resignationem, & nouam Collationem faciendo. Primum ergo pertinet ad Episcopum, D. Cap. Querenti: & non ad inferiorem Collatorem, nisi iurisdictionem Episcopalem etiam habeat. Secundum autem pertinet ad inferiores, quando Beneficiorum Collatio ad ipsos, & non ad Episcopum pertinet, & ita fieri non poterit ab Episcopo, nisi de consensu illius. Hæc ille: qui cum Episcopum, & habentem Episcopalem iurisdictionem pares faciat in ordine ad permutationem, & solum illis sit neganda collatio, quando ad inferiores pertinet, satis aperte suam videtur mentem exprompsisse. Quod autem Capitulum intelligat, cum de habente Episcopalem iurisdictionem idem, quod de Episcopo, pronuntiat, ex *num. 11.* perspicuum habetur, ibi: *Qui habet iurisdictionem Episcopalem, etiam si dignitatem Episcopalem non habeat, ut est Capitulum Sede vacante*. Pro quo & faciunt adducta *num. praeced.* Aduertendum autem citari a P. Suario Cap. *Querenti*, cum esse debeat Cap. *Quaestum*: quod per errorem typographi factum ibi, & alibi, nisi forte Scriptoris. Ne autem cuiquam moleste inquisitionis cum iactura temporis pareretur occasio ob erraticas citationes, sciat citato *Cap. 1. num. 1.* Sic haberi: *Id enim clare supponitur* (scilicet licitas esse permutationes) *in Cap. Inter cetera de Praebendis. Et in Vnico, de rerum permutat. in 9. Et sumi potest ex Cap. Querenti. Et Cap. Cum olim. Et Cap. Ad quaestiones. Extra. eod. Ita ibi. Vbi quod in 9. dicitur, legendum in 6. Quod additur Extra, non est Extragagantis alicuius citatio, sed error manifestus: cum Capita illa habeantur in *Trulo de rerum permutatione Lib. 3. Decretalium*. Et addi potuit Ex eodem Cap. *Cum vniuersorum*, quod maxime ad rem facit. P. Suarium sequitur P. Onate *Disput. 84. num. 88.* & P. Vincentius Tancredi *de Religione Tract. 2. Lib. 4. Disput. 24. num. 12.* expressè loquens de Capitulo, & sine limitatione vlla, qui alios pro eodem accumulat; ea fundamentali reddita ratione, quod fundamentum talis actionis est iurisdictionio Episcopalis, & non Ordo.**

41 Est insuper pro eodem id, quod resolutioem circa calum, de quo loquimur, reddidit certiore, quandoquidem de Beneficiis Indiarum agimus, quae sunt iuris patronatus: communem inquam esse doctrinam, ad eum spectare permutationum auctoritatem, qui conferendi Beneficia potestatem habet. Pro quo sic P. Sa verb. *Beneficium num. 59. Qui potest conferre Beneficia, potest concedere ut permiscetur*. Et de inferioribus

Zerola.

P. Suarez.

Quaedam errantes citationes apud P. Suarium notantur.

Ex recepta doctrina de potestate ad conferenda Beneficia vtilium argumenti.

P. Sa.